

**A** scientiæ, siue dantis siue accipientis omnino distincta est. Aude ergo iam dicere puræ conscientiæ, fuisse fraudatorem, raptorem, pupillorum & viduarum oppressorem, coniugiorum separatorem, patrimoniorum alienorum proditorem, venditorem, diuiforem. Aude etiam dicere puræ conscientiæ fuisse illos quos talibus temporibus defuisse difficile est: si qui forte non propter Christum, nec propter vitam æternam, sed propter amicitias terrenas cõciandas, & cupiditates terrenas fatiandas ab illo vt baptizarentur amebierunt. Porrò si hos puræ conscientiæ fuisse non audes dicere, si q̄s ex eo numero repereris baptizatos, da eis quã non acceperunt aquã puræ conscientiæ: qđ si non facis, define aduersus nos iactare quod non nosti, ne cogaris aduersus nos respondere quod nosti.

Caput  
XXX:  
VI.

Petilianus dixit. Qui vtq̄ spiritus sanctus i vos venire non potuit, quos non vel pœnitentiæ baptismus abluuit, sed pœnitentiã, quod verum est, aqua poluit traditoris. AVG. respondit. Traditores quidem non solum nos non probatis, sed nec patres vestri patres nostros probare poterunt, qui nisi probati essent, non vtq̄ patres nostri essent secundum tuam superiorem assertionem, quorum non essemus facta sectati: nec tamen propter eos à cõsortio diuelleremur unitatis, & à semine Abrahæ in quo benedicuntur oēs gentes. Veruntamen si alia est aqua Christi, & alia est aqua traditoris, quia non fuit traditor Christus: cur non alia sit aqua Christi, & alia sit aqua raptoris, quia nec raptor vtq̄ fuit Christus? Baptiza ergo tu post raptorem tuum, & baptizabo ego post traditorẽ nec meum nec tuum: aut si chartis prolatis credendum est, & meum & tuum: si autem cõmunioni orbis terrarum magis q̄ parti Donati, non meum sed tuum. Meliore vero & saniore sententia, quia secundum Apostolicã vocem, vnusquisq̄ nostrum propriũ onus portabit: nec ille raptor vester est quotquot non essis raptores, nec quisquam traditor aut nosser aut vester est quotquot non sumus traditores: & ideo nos sumus catholici, qui secundum istam sententiam non dederimus unitatem: vos vero hæretici qui propter quorundam hominum crimina seu vera seu falsa, nõ vultis tenere cum Abrahæ semine charitatem.

Gal. 6.

Caput  
XXX:  
VII.

Acto. 19.

Petilianus dixit. Sed vt hæc ab Apostolica facta præluceant, eorum actibus edocemur, sicut scriptum est, Factũ est autem dũ Apollo esset Corinthi, Paulus perambulatis superioribus partibus venit Ephesum. Et cum inuenisset quosdam discipulos, dixit illis, Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt, Sed neq̄ si est spiritus sanctus audiuiimus. Dixitq̄ Paulus, In quo ergo baptizati estis? Et responderunt dicentes, Ioannis baptismũ. Ait autem Paulus, Ioannes baptizauit baptismũ pœnitentiæ, plebi dicens in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est i Iesum Christum dominũ nostrũ. Quo audito, baptizati sunt in nomine domini Iesu Christi. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super illos, loquebantur autem varijs linguis & prophetabant, Et erant omnes viri ferè duodecim. Si igitur illi sunt baptizati vt spiritum sanctum reciperent, cur non vos, si sanctum vultis spiritum sumere, post vestra mendacia veram percipitis nouitatem? Qui si male hoc facimus, quare nos queritis? aut certe si crimen est, Paulum primitus cõdemnate. Qui vtq̄ Paulus quod iam fuerat abluuit, nos autem in vobis quod nondum est baptizamus, Non enim vos vt sæpe iam diximus vero baptismate tingitis, sed inani vocabulo falsi baptismatis infamatis. AVG. respondit, Paulum non accusamus q̄ dedit hominibus baptismum Christi, quia non habebant baptismum Christi, sed baptismum Ioannis, secundum ipsorum responfionem. Qui interrogati, in quo baptizati essent, responderunt, baptismũ Ioan-

nis, qui ad baptismum Christi non pertinet, nec eius pars vlla vel gradus est, alioquin aut tunc iterabatur aqua baptismi Christi, aut si baptismus Christi tunc per duas aquas perficiebatur, minus perfectus est modo, quia non datur illa quæ per Ioannem dabatur: Quodlibet autem horum impium & sacrilegum est opinari. Dedit ergo Paulus baptismũ Christi eis qui non baptismum Christi habebant, sed Ioannis. Cur autem illo tempore necessarius fuit baptismus Ioannis, qui nunc iam necessarius non est, & alibi dixim⁹, & nunc ad rem quæ inter nos agitur non pertinet, nisi tantummodo vt videatur quod Ioannis baptismus alius fuit, Christi autem alius: sicut alius fuit ille baptismus, in quo patres nostros dicit Apostolus baptizatos in nube & in mari, quando per Moylen rubrum mare transierunt. Lex enim & Prophetæ vsq̄ ad Ioannem baptismũ sacramenta habebant pœnitentiã rem futuram, nostri vero temporis sacramenta venisse contestantur, quod illa venturum esse prædicabant. Ioannes itaq̄ omnium præcedentium proximis Christi annunciator fuit. Et quia omnes superiorum temporum iusti & Prophetæ cupiebãt videre completum, quod reuelante spiritu futurum esse cernebant, vnde & ipse dominus dicit, Quoniam multi iusti & Prophetæ cupierunt videre quæ videtis & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt: propterea Ioannes amplius q̄ Prophetæ dicitus est, & in natis mulierum non habuisse maiore, quia prioribus iustis pœnitentiã tantum Christum concessum est: huic autem pœnitentiã absentem & videre presentem, vt huic inueniatur patuisse quod illi cupierunt. Et ideo sacramentum baptismi eius adhuc ad pœnitentionem Christi pertinet, sed planè nouissimam: quoniam vsq̄ ad illum fuerunt pœnitentiones primi aduentus domini, cui⁹ aduentus modo annunciationes sunt, iam non pœnitentiones. Sed dominus humilitatis viam docens, sacramenta que hic inuenit, pœnitentionis sue suscipere dignatus est, non ad sue purgationis adiutorium, sed ad nostræ pietatis exemplum, vt scilicet ostenderet nobis quanta deuotione suscipere debemus ea quæ illum iam venisse testantur, quando ipse suscipere non indignatus est, quæ illum venturum figurabant. Et Ioannes ergo quantum proximus, & infra vnum annum, cõtempore tamen cum baptizaret venienti præibat Christo, propter hoc de illo dictum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam. Et ipse prædicabat dicens, Venit fortior me post me. Sic ergo circumcisio octauæ diei quæ patribus data est, pœnitentiã iustificationem nostrã, vt expolationem carnalium concupiscentiarum per resurrectionem domini, quæ post septimum, id est, sabbati diem, octauo die, id est, dominico facta est, qui dies tertius post sepulturam eius occurrit. Eandem tamen pœnitentiã circumcisionem carnis infans Christus accepit. Et quemadmodum pascha quod à Iudæis celebrabatur in occasione agni, pœnitentiã domini passionem & transitũ de hoc mudo ad patrẽ, & ipsum tamen pascha quod erat in eadẽ pœnitentiã, id est dominus cõ discipulis suis celebravit quando eis iugesserunt dicentes, Vbi vis paremus tibi pascha? Sic & baptismũ Ioannis qui erat in proxima eius pœnitentiã, etiã ipse suscepit. Sed sicut aliud est carnis circumcisio Iudæorũ, aliud autẽ quod octauo die baptizatorũ nos celebramus, & aliud est pascha quod adhuc illi de oue celebrat: aliud autẽ quod nos in corpore & sanguine dñi accipimus: sic alius fuit baptismus Ioannis, ali⁹ est baptismus Christi. Illis enĩ ventura ista pœnitentiã abantur: istis cõpleta illa prædicant. Et quis illa Christus accepit, nobis tñ necessaria nõ sunt, quia ipsum qui per hæc annunciabatur accepimus. Recentem autẽ aduentu domini quisquis illa accepisset, opus ei erat

1. Cor. 10.

Matt. 13.

Malac. 3.  
F  
Matt. 3.

Matt. 26